

Si Spiritu opera corporis mortificatis, vivetis.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Romános

8, 9. 11-13

Fratres:

⁹ **V**os in carne non estis sed in Spíritu,
si tamen Spíritus Dei hábitat in vobis.
Si quis autem Spíritum Christi non habet,
hic non est eius.

[10]

¹¹ Quod si Spíritus
eius, qui suscitávit Iesum a mórtuis,
hábitat in vobis,
qui suscitávit Christum a mórtuis
vivificábit et mortália córpora vestra
per inhabitántem Spíritum suum in vobis.

¹² Ergo, fratres,
debitóres sumus non carni,
ut secúndum carnem vivámus.

¹³ Si enim secúndum carnem vixéritis, moriémini;
si autem Spíritu ópera córporis mortificátis, vivétis.

Verbum Dómini.